

trigesimus secundus

gemitos ex uuo nexu dependentes. quod ipsum corrūpi fraude cōniciētibus gūmi cū. Sāguie: aut hammoniācū: quoniam hammoniāci coloris esse debeant tunicis circūdari liquore ueluti mellis ce rosi: odoris grauis: gustu amaro & acri friabiles. efficacissime e ponto galaciā: mox asricā. Sternuta mēta olfactu mouēt. Somnū conciliant cū rosaceo: & peucedano peruncto capite. & p se poti ī aqua Ob id phreniticis utiles. item lethargicos odoris suffitu excitāt. Vuluarūq; exanimatiōes uel subditi & menses ac secundas ciūt duabus drachmis ex aqua cū puleio poti. medentur & uertigini: opistho tonis tremulis: spasticis neuog; uitiliis: ischiadicis stomachicis: paralyticis perunctis omnibus. Vel triti ad crassitudinē mellis cū semie uiticis ex aceto: aut rosaceo. Sic & cōtra comitiales sumpti poti uero contra inflationes: tormina: uenena Differentia tantū contra genera ex mixture Quippe aduer sus scorpiones ex uino bibuntur. aduersus phalangia & araneos ex mulso: ita ut uomitione reddant Aut ut retineātur cū ruta. aduersus chalcidas cū myrtice. aduersus cerasten & præsteras cum panace: aut ruta ex uino Aduersus cæteros serpentes cū uino. Dari binas drachmas satis est: eorum quæ adii- ciantur singulas. auxiliantur priuatim contra uiscū ex aceto: aduersus aconitū ex lacte: aut aqua Ad- uersus helleborum album ex aqua mulsa nitroq; medentur & dentibus infusi cū oleo triti in aurem a cuius parte doleant. aurium doloribus melius si cū meconia claritatem uisus faciunt cum melle atti- co inuncti cohibent singultus ex aceto. urina quoq; fibrī resistit uenenis: & ob id in antidota additur Adseruatur autem optime in sua uesica: ut aliqui existimant.

Chalci
dicas

De testudine: & multorū pisciū medicina: & obseruationes. Cap. iiii.

Teminis similiter uictus in aquis terraq; & testudinū effectus quoq; pari honore habēdi uel propter excel lens in usu pretium figurāq; uerā proprietatē. Sunt ergo testudinū genera: terrestres: marinæ. lutariæ: quæ in dulci aqua utuunt. has quidam e græcis emydas appellāt naturæ q; pprie tatem

Terrestriu carnes suffusionibus pprie magicisq; artibus refutandis. & contra uenena salutare prodū tur. plurimæ in africa. hæc ibi amputato capite pedibusq; pro antidoto dari dicuntur. & ex iure in ci- bo sumptæ. Strumas discutere ac lyenes tollere. itē comitiales morbos. Sanguis eaq; claritatē uisus facit suffusionesq; oculorum tollit. & contra serpentiū omniū & araneorum & simillium: & ranarū uenena auxiliatur. Sanguine seruato in farina pilulis factis: & cū opus sit in uino datis. felle testudi num cum attico melle glaucomata inungi prodest. & scorpionū plagæ instillari. Tegumenti cinis uino & oleo subactus pedū rimas ulceraq; sanat. Squammæ e summa parte derasæ: & in potu datæ uenerē cohibent. eo magis hoc mirum quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidi nem nrinam earū aliter q̄ in uesica dissectatum inueniri posse non arbitror. & itra eam esse. hæc quo q; portentosa magis demonstratur aduersus aspidū ictus singulare remediū. efficacior ē tamē ut aiūt cimicibus ammixtis. oua durata illinuntur strumis & ulceribus frigore: aut adustione factis. sorbēt in stomachi doloribus. marinæ carnes ammixtæ ranarum carbus contra salamandras præclare au xiliatur. neq; est testudine aliud salamadræ aduersus. sanguinæ alopeciarū inanitas & porrigo oiaq; capitis ulcera curantur. inarescere autem eum oportet: lenteq; abluī. instillatur & dolori aurium cū la ctē mulierū. aduersus comitiales morbos manditur cū polline frumētī. miscetur autem sanguis he minis tribus aceti hemina utni addita iis & cū hordeacea farina: aceto quoq; admixto: ut sit q̄ de uoretur fabæ magnitudine: hæc singula & matutina & uespertina dantur dein post aliquot dies ues pera. Comitibus instillatur ore deductis labris iis: qui modice corripianur. spasmō cū castoreo cli stere infunditur. Quodsi dentes per annū colluuntur testudinū sanguine immunes a dolore fiunt. & anhelitus discutit quasque orthopnoes uocant. ad has in polenta datur fel testudinū claritatē ocu loge facit. Cicatrices extenuat: Tonsillas sedat. & anginas & omnia oris uitia. priuatim nomas ibi. itē ardentiu testiu. naribus illitū comitiales erigit attollitque idest cū uernatione anguium aceto am mixto: unice purulentis auribus prodest Quidam bubulum fel ammiscent. decoctarumq; carniū testudinis succum addita æquæ uernatione anguiū. Sed diu in uino testudinem excoquūt. oculoq; quoq; uitia omnia fel inunctū cum melle emendat. suffusiones etiam marinæ felle: uel cum fluuiati lis sanguine & lacte mulierū capillus inficitur. fel & contra salamandras: uel succum decoctū bibise satis est. Testudinum est tertium genus in cenio & paludibus uiuentiam. latitudo iis in dorso pectori similis nec conuexo incurua calice: ingrata uisu. ex hac quoq; aliqua contingunt auxilia. Tres nāq; in succense sarmenta coniectæ & diuidentibus se tegumētis rapiunt. Tū euulsæ carnes eaq; coq; nūtur ī aq̄ cōgio sale modicæ addito. ita decoctæ ad tertias partes succus paralyfin & articulares morbos sētietibus bibitur. Detrahit item fel pituitas sanguinēq; uitiatum. sistitur ab eo remedio alius aquæ frigida potu. ex quarto genere testudinū quæ sunt in amnibus diuulsarum pingui est aizoo herba tusa ammixto unguento & semine lilii ante accessiones perunguntur ægri. præter caput mox cōno luti. calidā aquā bibunt. quartanis liberari dicuntur. Hanc testudinem quintadecima luna capi oport